



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 7. Impatientia omnes casus fieri tuculentiores; patientia autem
emendari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

men. Quis enim magnus in pusillo esse potest? erant illa, quae tradebantur subtilia, & diligentia intentione discenda, nam quae percipere posset vesanus homo & trans Oceanum cogitationes suas mittens? Facilia, inquit, me doce. Cui praeceptor: ista, inquit, omnibus eadem sunt, aequae difficilia. Hoc puta rerum naturam dicere. Ista, de quibus quereris, omnibus eadem sunt, nulla dari facilia possunt: sed quisquis volet, sibi ipsi illa reddet facilia. quomodo? equanimitate.

§. VII.

Impatientia omnes Casus fieri truculentiores; patientia autem emendari.

Quod & alio loco docens, ostendit, impatientia plagam fieri luculentiozem. Verba eius sunt: *Aduersus hos muniendi sumus. Nullus, contra fortunam, inexpugnabilis murus est. Intus instruamur. Si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi non potest. Quod si hoc instrumentum, scire desideras? Nihil indignetur, sibi accidere, sciatq; illa ipsa, quibus ladi videtur, ad conseruationem uniuersi pertinere, & ex his esse, quae cursum mundi officiumq; consummant. Placeat homini, quidquid Deo placuit: ob hoc seipsum suaq; miretur, quod non potest vinci, quod mala sub se tenet; quod ra-*

Idem lib,
1. epist.
74.

tione, qua valentius nihil est, casum, dolorēq;
 & iniuriam subigit. *Ama rationem*: huius te
 amor contra durissima armabit. *Catulorum a-*
mor in venabula impingit feras, quas feritas &
inconsultus impetus præstat indomitus. Iuveni-
lia nonnunquam ingenia cupido gloria in con-
temptum tam ferri, quàm ignium misit. Spe-
cies quosdam atq; umbra virtutis in mortem
voluntariam trudit. Quantò his omnibus for-
tior ratio est, quantò constantior: tantò vehe-
mentior, per metus ipsos, & pericula, exhibit.
 Hoc in exemplis sacris clarum est. Quid
 profuisset Patriarchæ Jacob, contra tot ca-
 sus, furere? patienter omnia tulit, & conse-
 cutus est, quod ei benedictio paterna im-
 pertiuit, Iosephum Patriarcham, qui ca-
 sus, non rotarunt? emerfit tandem, non se
 fortiter defendendo, sed fortiter omnia to-
 lerando. Iob per quas non procellas iuit?
 quantis non rebus spoliatus est? *Dominus*
autem benedixit novissimis Iob magis, quàm
principio eius. David, per quot hostes & ha-
stas, se non penetrauit? Et penetrauit ta-
men, regnavitque, semper triumphans post
pugnas. Tobix quoque & opes, & filium,
& oculos restituit Deus, post multas & gra-
ves persecutiones: nempe quia acceptus erat
 Deo,

Iob. 42.
 12.

Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret illum. Tob. 12.

Hæc est Fortunæ rota, in qua, qui potest 13.

deprimi æquo animo, solet extolli. Qui autem subactus indignatur, gemit, rotamque excutiendo succutit, grauius feritur. Satis fuisse Sauli, victum esse; satis fugisse, satis sagitta ictum; sed ille, ne caperetur, aut ab alijs interficeretur, *arripuit gladium, & ir-*

rruit super eum. Quis dicat, interfectorem 1. Reg. 31.

sui fortiter fecisse? fortiter fecisset, si inter 4.

aduersa, viuere sustinuisset. Suffecisset Achitopheli ad humiliationem, *quod non fu-* 2. Reg. 17.

isset factum consilium eius. Impatiens fuit; & 23.

suspensio infortunia velut in fascem colligauit. Rectè atque sapienter quisque faceret, si non ipse sibi, per impatientiam, mala grauiora accerferet, sed diuinæ prouidentia dispositionique se, & sua omnia subijceret. Nemo melius nouit, quid nobis proficit, summo gubernatore, quem qui vult corrigere, experitur, non illum regendo, sed se corrigendo errauisse.

§. VIII.

Eas cruces & grauamina nobis utilissima esse, non quæ nos ipsi eligimus, sed quæ nobis à Deo imponuntur.

Præclare id mundi Paterfamilias sapien- Ludou.
tissi-